Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1171
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



10

Angelus aut dni locutus est ad philippum dicens / Surge et vade
q̃ meridianum ad viam q̃ descendit ab hierusalem in gazam hi
c deserta et surgens abiit / et ecce vir ethiops eunuchus
potens in domo candacis regine ethiopum qui erat super
omnis gazas eius venerat adorare in hierusalem et revertebatur
sedens super currum suum legens ysaiam prophetam / Dixit au
tem spiritus sancto ad philippum accede et adiunge te ad currum istum accessit autem
philippus audivit eum legentem ysaiam prophetam et dixit
putas ne intelligis quae legis qui ait / et quomodo possum
si non aliquis ostenderit mihi / Rogavit ergo philippum ut ascenderet
et sedet secum / Locus autem scripture quem legebat erat hic /
Tamquam ovis ad victimam ducta et sicut agnus coram tondente
se obmutescet sic non aperuit os suum in humilitate
iudicium eius sublatum est quis enarrabit
generationem eius quia tollitur de terra vita eius / Respondens autem eunuchus philippo
dixit obsecro te de quo propheta dicit hoc de se an de alio /
Aperiens autem philippus os suum dixit et incipiens a scriptura
ista evangelizavit illi iesum / Et dum irent per viam venerunt
ad quandam aquam / Et ait eunuchus ecce aqua quid prohibet
me baptizari / Dixit autem philippus / Si credis ex toto
corde / Et respondens ait / Credo filium dei esse ihesum christum /
Et iussit stare currum et descenderunt uterque in aquam
philippus et eunuchus et baptizavit eum / Cum autem ascendisset de aqua / spiritus dni rapuit philippum et amplius non
vidit eum eunuchus / Ibat autem per viam suam gaudens / philippus
autem inventus est in azoto et pertransiens evangelizabat
omnibus donec veniret cesariam /

Saulus autem adhuc spirans minarum et cedis
in discipulos dni accessit ad principem sacerdotum et
petiit ab eo epistolas in damascum ad synagogas ut
si quos invenisset huius vie viros ac mulieres vinctos perduceret

ad damascum